

## Distinctio sexta

767

Venerunt ad quandam ecclesiam eius ianuam campanarum exiens reliquerat semiclausam. Dor iuuenis desiliens de equo commisit equum villico: dicens. Expecta me hic donec reuertar ad te. Et intras ecclesiam ante ortum aurore prostravit se ante altare et ex intimo corde ipsam matrem matrem cepit inuocare. Erat autem super idem altare imago ipsius virginis et matris pueri. Ipsi in sinu tenens. et ecce meritis ipsius per clarissime stelle maris. verum lucifer oriri cepit in corde sepediti adolescentis. Tanta enim dominus propter honorem matris quam non negauerat contritionem donare dignatus est ut pro steru rugiret. et pro planctu nimis clamoribus ecclesiam repleret. Eadem enim hora supradictus miles quod omnia eius bona habebat: diuino ut creditur nutu ad eandem ecclesiam diuertit. et cum videret aptam putans ibi diuina celebrari maxime propter clamores intrinsecus solus intrauit. Inueniensque ante altare. iuuenem sibi bene notum lachrymantem. et putans quod sua solimodo defleret calamitatem retro quondam columnam secessit rei exitum expectans. Cumque terribile illam maiestatem quam negauerat nominare vel inuocare non auderet. sed cum pusillimam genitricem lachrymosis vocibus pulsaret. viroque audiente per os imaginis sue beata et singularis christiano aduocata filio loquebatur. hec verba. Dulcissime fili miserere huic homini. Puer pro matre nil rudit faciem ab ea auerrens. Cumque iter rogaret: hominem seductum assereus. matri dorsum veritatem dicens. Homo iste negauit me. quod ei faciam. Post hec verba imago surrexit. puer super altare posuit. eiusque pedibus se prostravit. et ait. Rogo fili ut propter me diuinitas et peccatum habet. Dorque infans matrem eleuans rudit illi. Mater nunquam tibi aliquid negare potui. Ecce propter te totum dimitto. pus dimiserat culpam propter contritionem deinde penam peccati propter matris intercessionem. Surgens autem iuuenis exiit ex ecclesia tristis quidem de culpa. sed hilaris de indulgentia. Exiit post eum sepeditus miles later. et quasi rem ignoraret quesivit quare tam humidos et tumidos ipsemet haberet oculos. Respondit. De vento est. Et ille. Domine non melat causa tristitie vestre. habeo autem filiam unicam si vultis illam in vxorem suscipere. omnia vestra vobis cum ipsa restitua. insuper et hereditatum mearum successorum constitua. Consentit iuuenis. Reuersus miles proponit vxori. acquiescit. Nuptie celebrantur. iuueni sub nomine dotis omnia sua restituit.

### XIII

Parisius in ecclesia sancte dei genitricis marie canonicus nup obijt quod multa hinc stipendia delicatissime vixerat. Et quod ex deliciis marime et de his que ad gulam pertinet libido nascitur nata nutritus. et quotidianis eius incitamentis augmentat. idem iuuenis valde tunicam carnis sue maculauit. et tam illo quam alijs suis peccatis iram dei in se puocauit. Tandem pro infirmitate tactus timore mortis confessionem fecit. peccata defleuit et emendationem promisit. viaticum accepit. inunctus est. et hominem deposuit. cui corpus utpote viri nobilis diuitibus cum magna pompa secularis glorie tumulatum est. Et erat in illa die tanta serenitas ut ipse aer eius oblectum famulari videret. Dixerunt homines ad inuicem. Multa bona profuerunt de homini istum. nihil ei defuit horum que homo christiano habere debuit. Dominicus sacramentis munitus est cum magna gloria sepultus est. Sed homo videt in facie. Deus autem intuetur cor. Post paucos dies cuidam sibi valde familiari apparens dicebat se esse damnatum. Cumque miraretur ille et eripane feceret. Penam eius et confessionem. sacra etiam communionem et inunctionem commemorans respondit defunctus. Anum bonum mihi defuit sine quo nullum horum que enumerata sunt mihi potuisse potui. Quid est illud inquit. Respondit mortuus. Vera contritio. Licet enim deo promiserim consilio professoris mei continentiam siue aliam quam salutaris sunt. tamen dicebat mihi conscientia. quod si conualueris obseruare non poteris. Et quia cor magis declinabat ad transgressionem quam ad voti obseruationem nullum peccati merui remissionem. Deus requirit firum. propositum penitendi.

### XV

Contigit in remis quendam militem infirmari usque ad mortem. Instinctu diaboli idem miles si bene meminisse habebat auunculi filiam concubinam. cui tanto conglutinatus fuerat amore ut in ammonitione neque aliqua verecundia humana posset vel vellet ab ea separari. Timore autem mortis vocauit sacerdotem satis puram et cum lachrymis de omnibus suis peccatis illi faciens confessionem. Quae cum sacerdos moneret ut tam illicitam abiuraret commixtionem. ipsamque personam cognatam suam relinqueret. Rudit. Domine non possum. Et ille. Si in tali voluntate mortuus fueris. gaudio celestis vite partaberis et eterna tormenta suscipies. Vitium in sua obstinata perseverante recessit sacerdos cum corpore domini quod secum detulerat ad communicandum infirmum.